

calu obligationis præstandi alimenta urget, in eo dotandi, ita ut valeat argumentum, tenetur ale-
re, ergo dotare, & è contra, ut tradit *Hermosill.*
^{13 ad Lop. tom. 2. gloss. 6. lib. 56. p. 5. tit. 5. n. 142.}
Menoch. de *præsumpt.* lib. 4. *præf.* 189. n. 29. *San-*
chez de Matrim. lib. 4. *dip.* 26. n. 1. *Rufic.* in *L.*
cum avus lib. 2. *cap.* 2. *num.* 44 ff. *de Cond.* &
demonstr. *Tiraquell.* de *Jur. primog.* *quaest.* 62. n.
4. 12. & seqq. *Monter.* dec. 16. n. 18. *Rot.* divers.
dec. 526. n. 7 p. 1. Ideoque cum ex supra firma-
tis probatum sit, fratres de Juliis non teneri al-
imenta præstare fratribus & sororibus consobri-
nis, sequitur per consequens, quod nec tenetur
easdem dotare, ut firmant authoritates suprà ci-
tatae.

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. MOLINES DECANO,

Postea

Magno Hispaniarum Inquisitore;

ROMANA ALIMENTORUM.

Lunæ 13. Maii 1709.

ARGUMENTUM.

Inter Fratres Paterna dispositione obliga-
tos ad communium alimentorum contribu-
tionem locum habet repetitio ejus, quod u-
nus in alterius commodum expenderit, licet
ab initio non fuerit protestatus. Transactio
inter Fratres inita, quando novare non di-
catur obligationem ex acceptatione paternæ
dispositionis contracta circa alimenta. Fra-
ter repetit alimenta à Fratre divite.

SUMMARIUM.

1. *Filius post acceptatam Paternam dispositionem circa alimenta non potest ab ea recedere.*
2. *Frater repetit alimenta præstata Fratri, qui con-
tributioñi à Patre injunctæ se obstrinxit.*
3. *Clausula in omnibus, & per omnia acceptatio-
nem ad præjudicia etiam extendit.*
4. *Novatio præcedentem obligationem extinguit.*
5. *Novatio circa modum præstandi alimenta, non
verbis circa substantiam præstationis, ex quibus
deducatur.*
6. *Subrogatio transfundit in subrogatum præceden-
tes obligationes.*
7. *Novatio non inducit nisi per verba expressa,
vel pacta incompatibilia.*
8. *Frater non repetit alimenta Fratri citra obliga-
tionem præstata nisi præmisserit protestationem.*
9. *Alimenta mutuò repetuntur à fratribus obligatis
præcepto paterno ad contributionem, etiam si-
ne præcedenti protestatione.*
10. *Text. in L. Nefennius ff. de negot. gest. non
procedit favore Fratris, & num. 11.*
12. *Alimentorum quantitas collata est à jure in ar-
bitrium judicis.*

DECISIO IV.

Inter multiplices contentiones hinc indè exci-
tatas per R. P. D. Franciscum, & D. D. An-

tonium, & Joann. Baptistam Fratres de Columna
& per speciale Sanctissimi commissionem diri-
mendas ab A. C. de voto Rotæ quacumque ap-
pellatione remota, præsens exarbit concernens
prætensiones D. Antonii tam circa restitutionem
alimentorum, quæ per ipsum fuerunt præstata
R. P. D. Franciscu spatio annorum 18. quam cir-
ca proportionabilem refusionem expensarum Fu-
neris bon. mem. Antoniæ Blanicortæ communis
Matris. Quomobrem dispunktis jam ac resolutis
in præteritis audiuntis dubiis, respicientibus ju-
ra R. P. D. Francisci, prout ex decisionibus desu-
per editis Me consuli hodiè Dominos ad instan-
tiā D. Antonii super dubio --- An & pro qua
summa sit relaxandum mandatum pro alimentis
præstatis R. P. D. Columnæ & pro expensis fune-
ris bo. mem. D. Antoniæ communis Marris -- &
prodidit responsum -- mandatum esse relaxandum
pro alimentis & expensis pro summa & juxta mo-
dum in decisione exprimendum.

Ratio captæ resolutionis quoad relaxationem
mandati pro restitutione alimentorum, quæ fue-
rant præstata R. P. D. Franciscu per D. Antoni-
um Fratrem desumpta fuit, ex quo D. Antoni-
cus communis Pater in testamento, cùmque diem
clausit extremum hærede universali sibi scripto
D. Antonio Filio primogenito D. D. Francisci,
& Joan. Baptista filiis secundò & tertio genitis ultra
necessaria suppellectilia & argenta & ultra fa-
cilitatem unicuique ex ipsis tributam disponendi
de scutis 5000. institutionis titulo reliquit annua
scuta 800. pro quolibet in tot locis Montium non
vacabilium assignanda, præceptivè examen iſ-
dém injungendo -- che abbino à contribuere alle
spese pro rata del sero mantenimento -- Unde cùm
R. P. D. Franciscus hanc paternam dispositionem
per publicum instrumentum solemniter accepta-
verit, utique non valet se eximere ab acceptato o-
nere contribuendi pro alimentis, ut dixit *Rota coram Bich.* dec. 522. n. 5. Imò stante hac accepta-
tione vigore etiam Pacti & specialis contractus
tenetur ad solutionem alimentorum à Fratre re-
ceptorum, quia quoties alimenta præstantur, &
respectivè recipiuntur ad formam præcepti testa-
toris, qui obligationem alimentarii injunxit contri-
buendi pro rata, nulli dubium esse potest, quin
eadem alimenta ab alimentante repeti valeant
juxta Doctrinam Baldi in leg. *Nefennius* sub. n.
4. ff. de negot. gest. ibique Bart. nu. 5. *Surd.* de
aliment. dec. iii. 6. *quaest.* 8. n. 46. & 47. *Rot.* dec.
149. n. 8. part. 11. recent.

Urgentius autem quia præfata testamento ac-
ceptatio non fuit facta per R. P. D. Franciscum
oscitante, sed cum omnibus undique solemnitatibus
in actibus etiam quomodocumque præjudicialibus
adhiberi solitis, hoc est, cum insertione
particularis testamenti, illiusque approbatione cum
clausula in omnibus, & per omnia, in quibus cir-
cumstantiis acceptatio refertur omnino ad omnia
in actu acceptato contenta & ab acceptatione nul-
latenus per acceptantem recedi valet, etiam si ei-
dem aliquod exinde præjudicium oriri posset, ut
communicer animadvertis *Molin.* de *Primog.*
Hispan. lib. 2. cap. 3. n. 7. *Rot.* dec. 218. n. 9. &
10. p. 10. & alibi frequenter.

Non subsistente, quod præd. dispositio testa-
mentaria communis Patris, & consequitiva ap-
probatio R. P. D. Francisci, novata, ac commu-
nata remanserit per subsequentem transactionem
initam inter ipsum R. P. D. Franciscum, & D. An-
tonium, cuius vigore hic loco tradendi annua
scuta 800. per Patrem relicta persolvere convenit
unica

unica vice sc. 20000. in contanti ad liberam dis-
positionem ejusdem R. P. D. Francisci, ut pro-
pterē stante hujusmodi innovatione penitus ex-
tingta, ac sublata remanserit quælibet actio ad
claram dispositionem *Text.* in *leg.* 1. ff. de novat.
& in *L. ultima Cod.* eod. 5. *Præterea Inslit.* qui-
bus modis tollatur obligatio.

Attente siquidem rimato per Dominos toto
contextu præd. transactionis agnatum fuit, quod
absque ulla prorsus liberatione ab onere contri-
buendi pro rata, sed per viam merè subrogationis
ad faciendam rem gratam R. P. D. Fran-
cisco D. Antonius loco paterni assignamenti illi
persolvit sc. 20000. per viam commutationis, &
subrogationis, ut denotant ipsam verba per R.
P. D. Franciscum in supra enunciata transactione
prolata ibi -- prestatolo à volerme commutare la
dispositione testamentaria -- & ibi -- perche vice-
versa il d. signor D. Antonio promette in suo luo-
go darmi scut. 20000. præterit. summ. D. Antonii
5 die 12. Aprilis præteriti n. 7. Unde novatio in-
ducta quidem dici poterat circè modum sol-
lutionis ut scilicet loco annuorum sc. 800. sol-
verentur unica vice sc. 20000. nunquam tamen
solutioni adjecta, & signante circè contributio-
nem expensarum à Patre ordinatam, commutatio
enim unius rei pro alia, vel positio unius rei
loco alterius præ se fert expressam subrogationem
de cuius natura est, ut in subrogato remaneant
transfusa, & repetita censeant omnia onera &
qualitates, quæ præcedenter erant infixa rei, in cu-
6 jus locum alia res subrogatur, ad *Tex.* in *l. res que-
ubi gloss.* & *D. D. ff. de jur. dotium & tradita per
Surd.* dec. 306. n. 12. & in *rec. dec.* 303. n. 6.
p. 16. & dec. 272. n. 1. p. 8. adeo ut nunquam
dicatur facta novatio respectu onerum & qual-
itatum præcedentium, nisi in secundo contractu
ad totis incompatibilites eorumdem onerum,
vel id expressè dictum fuerit, ut sonat ipsa *Li-*
tera Text. in *l. fin. C. de novat.* -- ibi -- nisi spe-
cialiter remissa fuerit prior obligatio.

Atque hinc inapplicable vitum est argumen-
tum desumptum ex *I. Nefennius ff. de negot. gest.*
quod scilicet quando alimenta non fuerint per
fratrem Fratri præstata ex obligatione, & deficit
8 protestatio repetendi, ac promissio restituendi,
illa repeti non valeant juxta communem Docto-
rum sententiam, de qua *Surd.* de *Aliment.* tit. 6.
quaest. 12. per tot. & signantur nu. 6. *Carpan.* ad
Stat. Mediolani cap. 483. numero 121. *Michel-*
lor. de *Fratr.* p. 3. cap. 32. n. 33-38. *Urfell.* concl.
89. verb. *alimenta* n. 253. *Rot.* decif. 724. n. 1. p.
1. divers.

Quandoquidem stante in præsenti casu præ-
cepto paterno quod filii tenerentur pro rate contri-
buendi ad alimenta, sub qua conditione ipsis re-
liquit annum assignamentum sc. 800. & accepta-
tionem paternæ dispositionis solemniter facta per
R. P. D. Franciscum, quæ quoad onus contri-
buendi nullam recepit novationem per successi-
vam transactionem inter Fratres initam, ut su-
pra probatum est, extranea remant supra dicta
quaestio, an alimenta fuerint præstata per fratrem
fratri animo donandi vel repetendi. Præceptum
namque paternum de contribuendo, & acceptatio
filii tollunt animum donandi in eo, qui præstis-
tit alimenta, & animum lucrandi, sive ea gratis
consequendi in eo, qui illa recepit, & hoc casu
vigore præcedentis causa obligatorie seu tituli
dandi alimenta correlative ad contributionem
à Patre volunt, & ab alio acceptatam, cessant
omnes præsumptiones contrarie, & alimenta

REVEREN-

repeti possunt, quamvis ab initio de repetitio-
ne protestatum non fuerit, ut ponderavit *Rota*
coram Cavaler. decif. 636. n. 1. cum seq. & in re-
cent. dec. 149. nu. 8. 9. & 10. p. 11. & dec. 417.
d n. 18. ad n. 21. p. 16.

Nor prætereundo ex abundanti, quod dispo-
sitio præfati *Textus* in *I. Nefennius ff. de negot.* 10
gest. Loquens de alimentis præstatis per Ma-
trem, & per Doctores extensa etiam ad illa per
Fratrem præstata, utpote innixa motivo pietatis,
ut patet ex illis verbis ibi -- Non posset alimenta,
qua pietate cogente, de suo prælitisset repetere:
communi, & unique receptæ subjacent limitationi,
ut scilicet non præsumptum donata alimenta, quo-
ties cessat Fratris alii paupertas, quia tunc ces-
sat ratio pietatis, ut firmavit *Rota* decif. 417. part.
16. recent. unde applicando limitationem præ-
senti hypothesi vitum fuit, quod R. P. D. Fran-
ciscus non poterat dici pauper, quoties habue-
rat à Fratre sc. 20000. sere in totum erogata in
officio Praelaturæ Regentatus Cancelleriae, ex cu-
jus fructibus benè poterat juxta suum decentem
statum sibi alimenta parare. Ut quamvis forsitan
R. P. D. Franciscus non possit dici dives, quia
non probatur, quod omnia Officia vacabilia,
quæ de præsenti possident excedentia valorem sc. 35000. ab initio possederit, sufficit tamen quod
habuerit, unde vivere posset, alias enim videtur
nimis durum, quod Frater debuisse ei præ-
starre alimenta gratis, & ipse interim investire
fructus suorum officiorum vacabilia, prout feci-
vit, se locupletando cum aliena jactura, ac per
consequens si R. P. D. Franciscus cum fructibus
scut. 20000. cum quibus se alere valuerit super-
lucrando alia officia vacabilia locupletior evasit
conqueri non debet, ex quo subire cogatur re-
fusionem alimentorum sibi à Fratre præstitorum,
qui propterea fuit in causa ut talis superlucratio
contigerit.

Deveniendo ex his Domini ad quantitatem pro
qua relaxandum venit mandatum pro alimentis
præstatis, ut dent locum arbitrio ipsi à jure tri-
buto in decernenda alimentorum quantitate, de
quo *Rota* in *Auximana Alimentorum* 5. Decem-
bris 1696. §. Quo vero ad quantitatem coram bon.
mem. *Mato* & *13. Junii* 1698. §. Et quidem coram
Eminent. D. Card. à la Tremoille, & reflecten-
tes quod illa consistebant in solis expensis cibariorum
pro R. P. D. Franciscu, & in habitatione Domus,
censuerunt illorum restitucionem esse faciendam
ad rationem annuorum scut. 150.

Denique quoad expensas funeris bon. mem. D.
Antoniæ Branciforta communis Matris resolu-
tum fuit R. P. D. Franciscum teneri ad illorum
contributionem pro tertia parte detractis ab ei-
dem expensis sc. 334.95. repertis in hæreditate ejusdem
Matris, prout hinc inde partes admittabant,
sicque pro tertia parte dixerunt Domini deve-
niendum esse ad relaxationem mandati.

Et ita omnibus Dominis suffragantibus utra-
que parte audita responsum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. MOLINES

Decano, postea generali Hispaniarum
Inquisitore.

ARIMINEN. LEGITIMÆ.

Veneris 18. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Hæres liberè an cum onere restitutioñis fuerit institutus ex quibus cognoscatur. Parentes nequeunt per gratuitas donationes, & confessiones voluntarias legitimæ filiorum præjudicare. Donationes correspœctivæ eamdem legitimam non minuant nisi earum valorem onus adæquet, idque, si sit temporałe, & fructibus injunctum, non attenditur. Donatio non gratuita collationi & imputatioñi in legitimam subjet.

SUMMARIUM.

- 1 Legitima filiorum per donationes gratuitas non minuitur.
- 2 Hæres liber is est, qui non gravatur onere restitutioñis.
- 3 Onus restituendi hæreditatem hoc ipso quod vel in testamento nō legitur, vel ejus verba repugnat.
- 4 Dispositio nova, vel contraria iis que testamento continentur non probatur per duos testes, quid secus sit de simplici declaracione.
- 5 Parentibus licitum non est declarare bona ad alium pertinere in præjudicium legitimæ filiorū.
- 6 Onus restituendi hæreditatem in meram hæredis voluntatem ex quibus collatum censeatur.
- 7 Renunciatio hæreditatis procedens à libera voluntate hæredis efficit ut renunciatari ab eo causam habeat, non à testatore.
- 8 Gravatus ad restituendum nullum ex re restituenda emolumenntum recipere potest.
- 9 Fiduciarius hæres quis dicatur, & quomodo fiducia probetur.
- 10 Donatio onerosa legitimam filiorum diminuit.
- 11 Donatio utrum onerosa sit, an lucrativa, quomodo cognoscatur & n. 13. & seqq.
- 12 Factum inter partes concordatum non admittit probationem in contrarium.
- 13 Donatio cum onere temporali reputanda est lucrativa.
- 14 Donatio cum reservatione annua præstatioñis quomodo dicatur lucrativa.
- 15 Donatio transfert in donatarium omnia jura activa & passiva rebus donatis infixa.
- 16 Donatio onerosa cui lucrum est admixtum non sufficit ad minuendam legitimam filiorum.
- 17 Litis incertitudinem eventus comprobat.
- 18 Mater censemur filie donare impulsu naturæ, non ex mera liberalitate.
- 19 Donatio hujusmodi est conferenda.
- 20 Que imputantur conferuntur.
- 21 Alimenta, quando sint imputanda in legitimam.

DECISIO. V.

D Ecisum fuerat sub die 13. Martii 1699. Casimira, & Pomposa deberi legitimam in

bonis Elisabethæ Aviæ paternæ ex personis tam propriis, quam Valerii illarum patris juxta modum in decisione desuper vulgata exprellsum, adversus quam concessa nova audiencia, revocatis, que ad examen illius viribus, sub die 21. Novembris nulla ob votorum scissuram capta fuit refolutio, hodiè vero convenerunt suffragia recessum esse à decisioñi juxta modum, qui est, quod ad impinguandam legitimam controversam ponenda sunt in calculo assis hæreditarii ejusdem Elisabethæ hæreditas Julii Nanni ejus filii, scut. 500. augmenti dotalis Helenæ, & scut. 500. Census impositi ab Antonio Nerio favore ipsius Elisabethæ.

Quod enim attinet ad hæreditatem Julii ratio decidi stetit in eo, quod cum ille in ultimo ejus testamento institueret hæredem Elisabetham matrem, & quidem purè, ac libere absque ullo onere, & gravamine fideicommissi, illa recte quidem potuit de hujusmodi hæreditate inter vivos disponere, prout fecit, favore Antonii Nerii mediante illius renunciatione, sed diminuendo ipsius substantiam tali lucrativa, & liberali obligatioñi, ac largitione nullatenus potuit quantitatem legitimæ debitam filiis diminuere, ac proinde in calculo bonorum, ex quibus detrahi debet eadem legitimata, ponenda sunt illa, quæ fuerunt per Elisabetham titulo lucrativo donata, perinde ac si in illius patrimonio de tempore suæ mortis existisset: ad Text. in l. post-contractum de donat. & trad. communiter DD. relat. per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 18. num. 1. Rot. post cundem decis. 86. nu. 1. & 2. & decis. 348. num. 6. 9. par. 13. recent. & decis. 638. nu. 3. coram Card. Cerro.

Non obstante dupli medio, quo hujusmodi certa conclusio declinabatur in præterita Causæ decisione. Non quidem primò, quod Elisabetha non fuerit hæres libera filii, sed sub conditione hæreditati renunciandi dicto Antonio Nerio, quatenus illa acceptare voluisse, vel quatenus adivisere, & in ejusdem possessione continuare deret. Quoniam omnis aliis responsumbus, de hujusmodi conditione nullū legitum verbum in testamento, & codicilis dicti Julii, dum ex illorum lectura deprehenditur matrem fuisse institutam liberam, & absolutam hæredem, cum onere plurium legatorum ibi-in tuto gl' altri suoi beni instituisse. Et la Signora Elisabetta Pavoni sua madre di piena ragione &c. & dictus Nerius potius dignoscitur nominatus Executor Testamentarius ibi-obligata il suo Erude à far eseguire quanto farà detto, & ordinato dal P. D. Paolo Maria Coppa Teatino, e Sig. Capit. Antonio Neri. Ex quibus loquendi formulis resulat plenarium dominium hæreditatis fuisse relictum Elisabethæ absque illa imaginabili conditione, & onere restituendi favore alterius, ex concord. relat. in puncto per Rot. decis. 692. num. 7. & 8. par. 18. rec. tom. 2. Rocc. disp. 5. n. 98.

Hinc propteræ ad effectum excludendi præstatam conditionem, sufficit excipere illam non contineri in testamento, immò in eodem adesse verba illi de directo contraria, in puncto Rot. decis. 362. nu. 14. par. 12. rec. Ita ut asserens Testatorum tamē dispositionem præordinasse ore tenus extra testamentum, teneatur tale factum plenè justificare, & quidem per alios septem Testes. Nam licet quoties agitur de probanda voluntate Testatoris circa extrinseca ab ipso testamento, vel circa illius declarationem sufficiente duo Testes, non sic tamen est quando tractatur de inducenda nova

Ad Castillum de Alimentis.

4 nova dispositione, vel alia contraria eis, quæ in eodem testamento continetur, ex deductis per Simon. de Præ. de interpret. ult. vol. lib. 1 fol. mihi 17. num. 28. & 40. & fol. 47. num. 3. & 4. & bene aliis relatis distinxit Rot. decis. 351. n. 8. & 9. par. 4. tom. 2. rec. & d. dec. 362. num. 13. par. 12. rec.

In casu autem, de quo est sermo, sèpe dicta conditio renunciandi favore Nerii dictam hæreditatem non fuit probata nec ex septem testibus, nec minus ex duobus, sed ex sola, & simplici assertione Elisabethæ expressa in procēcio renunciationis facta ad favorem Nerii, quæ sanè confessio apta fuit ad obligandum confidentem, suosque hæredes, ad effectum ut isti sub prætextu non probata voluntatis Testatoris, quam ex simplici hæredis confessione, eandem impugnare non valeant, in quibus terminis procedunt auctoritates allegatae per Defensores Patrum Theatinorum hæredum Elisabethæ: eundem tamen effectum operari non potest respectu aliorum habentium interest, vel primarium, vel secundarium super eisdem bonis, quatenus d. verbalis Testatoris, & non scripta voluntas revera non adesset; nam in isto casu, & ad hunc præcisum finem requiritur plena probatio confusione ex alio fonte, quam ex dicto ipsius hæredis, in quibus secundis terminis versatur præfens controversia, dum quæstio non est inter hæredes Elisabethæ; & Renunciatarum super nullitate renunciationis, utpote facta cum supposito non probati onoris Auctoris renunciandi favore Nerii; sed inter creditores legitimæ in bonis Elisabethæ renunciantis, & illius hæredes, quo sanè casu sicuti verum est, quod Elisabetha non poterat ad minuendam legitimam filiorum distrahere voluntaria bona propria, ita illi credendum non est quatenus dicat donationem non esse voluntariam, sed necessariam ob præceptum donandi sibi a suis Auctoris injunctum, sed tale onus debet ad hunc præcisum finem aliunde probari. Nam alii sequeretur pessima consequentia, quod habentes onus solvendi legitimam filiis possent in vita facere plures, & infinitas bonorum distractioñes cooperiendo largitiones voluntarias, & spontaneas cum asserto confidentiali præcepto habito a suis Auctoris, contra regulam, quod licitum non sit parentibus declarare, & confiteri bona ad alium spectare in præjudicium legitimæ filiorum, nisi aliunde pertinentia bonorum proberetur Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 17. n. 4. Mangil. de imp. quæst. 19. n. 59. & plur. seqq. Angel. de confess. lib. 2. quæst. 4. n. 69. & seqq.

Præmissa obtinent locum quatenus Elisabethæ confessio præ se ferret præceptum absolutum, & necessitatim renunciandi, & dimittiendi hæreditatem Julii, sed ponderatis verbis ejusdem confessionis deprehensum fuit revera filium non cogisse matrem ad renunciandum hæreditatem, sed remisisse suę voluntati dictam renunciationem, seu restitutionem ibi-la prego à voler contentarsi di accettare detta sua eredità, soggiungendoli, che quando per alcun rispetto, ò per le suette cause essa non havesse voluto accettare detta sua eredità, ò pure accettata continuare il possesso della medesima, si contentasse di quella rinunciare al detto Signor Antonio Neri— quæ sanè verba non important necessitatem, vel coactionem, sed remittunt in arbitrium, & voluntatem hæredis determinandi hæreditatem, & continuare in ejus possessione ex traditis per Surd. conf. 383. num. 35. Rocc. disput. 1. nu. 92. Rot. decis. 697. nu. 7. par.

18. rec. & coram Bich. decis. 35. & decis. 317. n. 1. & in Carpentoraten. Primogenitura 11. Decembbris 1693. §. fin. coram me. Qua de re si Elisabetha poterat non renunciare, nuncupari debet hæres libera, & non fideicommissaria, ita ut successiva renunciatio fuerit actus spontaneus, & voluntarius, & Nerius recognoscere debeat largitionem ab Elisabetha, & non a filio, ut egregie citatis concordibus prosequitur Rot. dicta discept. 1. n. 94. 7 Rot. coram Coccin. decis. 2158. n. 23.

Ad hancque excludendam necessitatē restitundi, & renunciandi mirifice conducunt pacta sub quibus emissā fuit dicta renunciatio, & signanter illud annua præstatioñis scut. 100. solven. renuncianti, quod patenter excludit onus, & necessitatē restitundi, nām gravatus ad restitendum nullum ex re renuncianda percipere potest emolumenntum Peregrin. de fideic. art. 3. num. 19. 8 Mans. consult. 173. n. 3. Rot. decis. 205. n. 11. par. 10. & in Romana fideicommissi de Zefiris 27. Iunii 1699. §. Quia prædictis coram R. P. D. de la Tremoille.

Atque hinc cessat primum motivum, cum quo processum fuit in alia decisione, quod Elisabetha reputari valeat hæres fiduciaria filii, talis enim ille dumtaxat dicitur, qui veluti meritus Depositarius, nudusque Minister totam hæreditatem alteri tenetur restituere, prout pariter hæres fiduciarius est appellandus, qui tacite, & clām fidem suam testatori accommodavit, atque adscripti de restituendo alteri integrā hæreditatem, adeo ut concurrant nedum caula, sed etiam verba hujusmodi fiduciariam qualitatem præ se ferentia, ut latē, & benē explicat per hæc verba pluribus adductis Rocc. dicta disp. 1. num. 95. cum seqq. quæ omnia in toto genere deficiunt in casu præfenti ex supradictis.

Exploso hujusmodi decisionis fundamento facilis ex hodiè deductis rejectum fuit alterum stans in eo, quod saltem dicta donatio, seu renunciatio, fuerit onerosa, non autem lucrativa; idèo nulla de ea sit habenda ratio in calculo assis hæreditarii Elisabethæ pro impinguanda legitima filiorum ex congeſtis per Mans. consult. 16. n. 57. Card. de Luc. de legitim. curs. 9. numer. 4.

Nam procedentes DD. cum illo principio in subjecta materia certo, & immoto, quod ad effectum inducendi donationem onerosam, vel lucrativam commenſuranda sit quantitas rerum donatarum cum quantitate recepta, seu verius premium bonorum donatorum, cum pretio onerum, per ea, quæ tradit Mangil. de imp. quæst. 10. n. 11. 12. Méril. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 18. num. 3. & 4. controversia renunciatio comperta fuit lucrativa, nām ex folio inter partes concordato, constitutis valorem bonorum renunciatorum ascenderet ad sc. 8122. 60. monetæ, & debita non excedere sc. 2240. comprehensis etiam partitis illiquidis, & controversiis, unde ex computatioñe arithmeticæ palam dignoscitur quod bona donata ob omnibus debitis, & oneribus expurgata, ascendunt ad sc. 6000. circiter, ut latius ex ipso folio concordato, quod non admittit probationem in contrarium, ut dixit Rot. in Perufina affectus super associatione 22. Junii 1701. coram R. P. D. meo Ansaldo.

Absque eo, quod hujusmodi lucrum sc. 6000. imminui possit ex oneribus, quibus facta legitur renunciatio. Non quidem ex illo solvendi annua sc. 100. monetæ veteris constituenta scut. 78. 75. monetæ currentis, nec non habitationis domus